

Justus Christoph Schomer Ludwig Utecht

Theses Theologiae, De Iustificatione

Rostochi[i]: Wepplingius, 1687

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73621223X>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 17. Aug. 1687

Schomerus, Just. Christ.

I. N. J.
Theses Theologicae,
DE
JUSTIFICATIONE,

Qua,
DEO CLEMENTER ANNUENTE, *148*
PRAESIDE
UIRO MAGNIFICO Atq; MAXI-
ME REVERENDO,

**DN. JUSTO CHRISTO-
PHORO SCHOMERO,**

Doctore & Profess. Theol. Primario lon-
geq; celeberrimo, Serenissimorum Duc. Meckl. Consist.
Assessore, Dioces. Meckl. Superintend. graviss.
Universitatis Rostochiensis h. t. RECTORIS,

DN. PRAECEPTORE & FANTORE suo et aetern. de venerando,
Die 17. August. 1687. hora locoq; confesso,
publicè ventilandas proponit,
AUTOR

LUDOVICUS *Ute dit*
Wetche!

Sedino Pom.




ROSTOCHI,
FORMIS ACADEMICIS WEPPLINGIANIS.

1687

Tabel Theologicæ
DE
JUSTIFICATIONE

DR. G. SCHOMERUS
P. M. D. C. LXXV. ANNI
D. M. G. G. P. M. D. C. LXXV. ANNI
D. M. G. P. M. D. C. LXXV. ANNI
D. M. G. P. M. D. C. LXXV. ANNI

DR. G. SCHOMERUS
P. M. D. C. LXXV. ANNI
D. M. G. P. M. D. C. LXXV. ANNI
D. M. G. P. M. D. C. LXXV. ANNI
D. M. G. P. M. D. C. LXXV. ANNI



LUDOVICUS
P. M. D. C. LXXV. ANNI
D. M. G. P. M. D. C. LXXV. ANNI
D. M. G. P. M. D. C. LXXV. ANNI
D. M. G. P. M. D. C. LXXV. ANNI

Thef. I.



Articulus de Justificatione hominis peccatoris coram Deo, præcipuus est in tota Doctrina Christiana, sine quo nemo (ut utar verbis Formulæ Concordiæ p. m. 665.) divitias gratiæ Christi rectè agnoscere potest, qui, iudice Luthero, si sincerus permanferit, etiam Christiana Ecclesia, sincera concors & sine omnibus sectis permanet; sin corrumpitur, impossibile est, ut uni errori aut fanatico spiritui rectè obviam iri possit.

Thef. II.

Justificatio cum regeneratione non est confundenda, quippe quæ pro diversa vocis significatione illam vel præcedit vel sequitur vel & ambitu suo complectitur.

Th. III.

Vocabulum Justificationis non physicam hic sed forensam habet significationem, h. e. significat justum pronunciare, à peccatis & æternis peccatorum supplicijs absolvere, propter Justitiã Christi, quæ à Deo fidei imputatur.

Th. IV.

Subjectum justificationis est homo peccator, sed idè verà pœnitentiã se ad Deum convertens.

Thef. V.

Justificatio alia est coram Deo, de qua agit Paulus Rom. 3. alia coram hominibus, de qua agit Jacobus c. 2.

Th. VI.

Datur duplex Justitia, alia inchoata, alia imputata, hæc, non illa est à quâ justificatio coram Deo denominatur.

A 2

Th. VII.

Tb. VII.

Justificationis nostræ causa impulsiva interna est gratuita Dei gratia; externa, sufficientissimum meritum Christi: instrumentalis à nostra parte, fides.

Tb. VIII.

Gratia hic non significat infusum gratiæ habitum; qui ante tempora secularia non existit, sed Dei favorem & beneficentiam.

Tb. IX.

Alteram causam justificationis diximus esse sufficientissimum meritum Christi, quoniam gratia & misericordia Dei in Christo est fundata, & nemini extra meritum hoc Christi obtingit.

Tb. X.

Christi tam activa quam passiva obedientia ad hoc ipsum meritum pertinet.

Tb. XI.

Falsissima Pontificiorum est sententia, quâ statuunt, Christum Mediatorem nostrum esse tantum secundum humanam naturam.

Tb. XII.

Ejusdem farinae illa sententia est, qua statuitur non meritoriam Christi justitiam patiando & agendo acquisitam, sed essentialem Justitiam Filii Dei habitantis in nobis coram Deo nos justificare.

Tb. XIII.

Tertiam causam justificationis nostræ, eamq; instrumentalem à parte nostra coram Deo, statuimus fidem, quia sine illa nemo potest justificari. Sola n. fides est quæ justificat.

Tb. XIV.

illa autem fides non est nuda tantum notitia historie de Christo, sed ingens atq; tale Dei donum, quo Christum Redemptorem nostrum, in verbo Evangelii rectè agnoscimus ipsiq; confidimus; quod videlicet propter solam ipsi-

us

us obedientiam, ex gratia remissionem peccatorum habeamus, sancti & iusti coram Deo Patre reputemur, & æternam salutem consequamur.

Tb. XV.

Subiectum quod fidei est homo, subiectum quo autem partim est intellectus, partim voluntas.

Tb. XVI.

Fidē non quatenus B. O. est, & in Decalogo præcipitur, sed quatenus Christū apprehendit, justificare dicimus, quia omne opus nostrum à justificatione excluditur. Hinc cum fides dicitur imputari ad iustitiam Rom. 4. v. 3. 5. Gal. 3. v. 6. non opus parvum æstimatur quasi magnū, ut sic ipsa fides ratione sui pro perfecta obedientia reputetur, sed fides ratione correlati consideratur ut Christum fide apprehendit.

Tb. XVII.

Nihil ergo faciunt ad justificationem, merita, dignitas & opera nostra, sed justificamur gratis, propter Christum, per fidem.

Tb. XVIII.

Non quidē negamus, quod in homine justificato præsto sint B. O. quodq; iustitia inhærens, cum fide tanquam matre sua semper individuo nexu cohæreat; sed hoc negamus quod ad justificationem coram Deo efficiendam vel constituendam concurrant, cum sola fides gratiam & benedictionem divinam apprehendat.

Tb. XIX.

Distinctio Pontificiorum, quâ distinguunt inter justificationem primam, quæ infusione charitatis, formaliter coram Deo justificantis, fiat: & justificationem secundam, quam in præstandis B. O. quæ coram Deo meritorie justificent, consistere afferunt, non habet fundamentum in Sacris literis, sed falsa planeq; nulla est.

Tb. XX.

Multum errant illi, qui statuunt hominem alio modo

A 3

sal

salvari, alio modo justificari, ita, ut sine operibus per solam
quidem fidem coram Deo justificemur, absq; tamen ope-
rum concursu salutem æternam consequi impossibile sit.

Tb. XXI.

Uti enim B. O. non sunt necessaria ad justificationem
hominis coram Deo, ita neq; sunt necessaria ad salutem æter-
nam obtinendam sive ut causa sive ut conditio sine qua non.

Tb. XXII.

Describitur Justificatio nostra & privativè, remissione
peccatorum, sive non imputatione in justitiæ nostræ, & po-
sitivè, imputatione obedientiæ Christi.

Tb. XXIII.

Justificatio nostra quodammodo efficit mutationem
certam in peccatore, constituens ipsum ex reo nocente ju-
stum, actione tamen eidem purè extrinseca, atq; extrinsecè,
verissimè tamen, subjectum suum denominante.

Tb. XXIV.

Modus justificandi in N. T. non differt à modo justificandi
in V. T.

Tb. XXV.

Causa finalis justificationis respectu Dei est tum patefa-
ctio ipsius justitiæ, tum gloriosæ gratiæ ostensio; respectu v.
hominis, salus & vita æterna omnibus credentibus promissa.

Tb. XXVI.

Effectus justificationis est fruitio omnium beneficiorum
DEI, ut filii simus DEI. Joh. 1. v. 12. Rom. 8. v. 14. ut eum nobis
inhabitantem habeamus Joh. 14. v. 23. cum *πατρὶνῶν* quadam
ad ipsum accedamus Rom. 8. v. 32. Jac. 1. 5, 6, 7. pace conscien-
tiæ fruamur Rom. 5. v. 1, 2. seqq. ad sancta semper opera mo-
veamur, renovemurq; indies Rom. 6. v. 1, 2. seqq. & deniq;
salute æterna fruamur. Rom. 4. v. 7, 8.

TANTUM.

SOLI DEO GLORIA

AD DN. RESPONDENTEM

Non potuit latitare diu vis insita menti,
 Non umbrâ longæ noctis, amice, premi.
 Qui dociles animos affers ad pulpita nostra,
 Mox haustas promis mentis & oris opes.
 Progressus etiam longos primordia spondent.
 Et tyrocinii spes patet alta tui.
 Ecce nucem petis, & causæ complecteris arcem,
 Qvò fidei nostræ convenit omne caput.
 Sichomine & coram (scio) iustificabere Patre,
 Dum loqveris bene de iustificante DEO.

gratul. scr.
 PRÆSES.

ad Præstantissimum DN. LUDOV. URSECH

THESES De JUSTIFICATIONE

publicè Respondendo defensurum.

Sunt hic & non sunt alii, non entia fermè,
 Dum studiis in animè, lusibus usque vacant,
 Et Studiosorum sic solo nomine gaudent,
 Qvos non, cur hic sint, commemorare juvat.
 Corpore non tantum † TU TU, sed & ausibus HICES:
 Privatim quoties Te rnihi laude probas!
 Jam quoque publicitus Studiosum Tene probares †
 FRATREQUE * num cuperes hic minor esse tuos
 Materiam laudis Tibi iustificatio præbet,
 Qvâ pergis titulum iustificare Tuum.
 Prosperet ex alt'is justos (ita comprecor) ausus,
 Qui nos iustificat glorificatque, DEUS!
 Ausibus alt'ios addes justosq; piosque;
 Sic † Studiosus ES HIC moxq;ve MAGISTER eris.

† UTECHNIUS.

L Mq;

Anagr.

Interoccupationes

TU TU HICES.

A. D. HABICHHORST,

UT TU HICES!

S. Th. D. ejusq; PP. & Con-

* JOAC HIMO, qui me Præsede nuper
 cum laude non vulgari Disput. habuit

sist. Duc. Mekl. Asses.
 design.

Theologicâ Exegetico-Propheticâ.

Das

Suß du dem Bruder folgst / mein Sohn / das muß ich loben :

Sahrt Beyde weiter fort in Kunst und Tugend-
Pröben /

Sowie ich wünsch und hoff / und spannt den dritten Mann /
Den ich so lieb' als Euch / Ohm Schwarzkopff / auch mit an.
Du nimst / mein Sohn / auff dich die hohe schwere Sache /
Und zeigst / was uns für Gott gerecht und seelig mache:
Das ist des Glaubens Grund / der alles ander hält /
Auff dem es alles steht / mit dem auch alles fällt.

Laß dich den falschen Tand der Neuling ja nicht irren /
Damit Sie heut zu Tag so manches Herz verwirren :

Man müsse heilig seyn / eh man kan seyn gerecht ;
Nicht nein! ein Zeil' ger selbst bleibt gern ein unnütz Knecht!

*In Ansehung der wichtigen Materie setze dieses / seinen geliebten
Stieff-Sohn ferner zu ermuntern / in Eil*

F. FABRICIUS, Prediger zu St. Nicol. und des Sles-
sinischen Ministerii Consenior.

Sic satis est laudis, quam *Justificatio* confert,
Quam defensusus, *Frater amande*, doces.
Macte haclaude Tuâ, conamina prosperet æther,
Et tribuat studiis præmia iusta tuis!

JOACHIMUS Utecht / *Sed. Pom.*

Sic quoque Tu Studii fructus decerpis honestos,
Cum Tibi publicitus disseruisse placet.
Faxit id ipse DEUS, sis ut doctusq; pius, que:
Sic referes Studii præmia larga satis.

Quod Consobrino suo dilecti fimo
vovebat

Ludwig Erdmann Schwarzkopff /
Palao. Sed. Pom.



AD DN. RESPONDENTEM

Non potuit latitare diu vis insita me
 Non umbrâ longæ noctis, amice,
 Qvi dociles animos affers ad pulpita
 Mox haustas promis mentis & O
 Progressûs etiam longos primordia sponden
 Et tyrociniis spes patet alta tui.
 Ecce nucem petis, & causæ complecteris arcer
 Qvò fidei nostræ convenit omne caput.
 Sichomine & coram(scio) justificabere Patre
 Dum loqueris bene de justificante DEO.

grain
PRAE

ad Praestantissimum DN. LUDOV. URSESI

THESES De JUSTIFICATIONE

publicè Respondendo defensurum.

Sunt hic & non sunt alii, non entia fermè,
 Dum studiis inanimè, lusibus usque vaca
 Et Studiosorum sic solo nomine gaudent,
 Qvos non, cur hic sint, commemorare
 Corpore non tantum † TUTU, sed & ausibus HICES
 Privatim quoties Ternihi laude probas!
 Jam quoque publicitus Studiosum Tene probare
 FRATREQVE * num cuperes hic minor
 Materiam laudis Tibi justificatio prabet,
 Qvâ pergis titulum justificare Tuum.
 Prosperet ex alt'is justos (ita comprecor) ausus,
 Qvi nec justificat glorificatque, DEUS!
 Ausibus alt'ios addes justosq; piosque;
 Sic † Studiosus ES HIC moxqve MAGIST

† UTECH' SIUS.

Anagr.
 TUTU HICES.
 UTTU HICES!
 *JOAC HIMO, qvi me Praeside nuper
 cum latide non vulgari Disput. habuit
 Theologicâ Exegetico-Prophecticam.

Interoccu
 A. D. HABIC
 S. Th. D. ejusq; B
 list. Duc. Me
 desig

